

producatur in actis; Abb. in cap. imputari, 2. no-
 tab. de fide instrument. Bart. in extravaganti,
 Ad reprimendum, verbo, de plano, num. 3. Parej.
 cum plurimis, de instrument. edit. tom. 2. tit. 7.
 resolut. 6. num. 6. Maranta in prax. par. 6. actu 8.
 num. 35. Vantius de nullit. ex defectu citation. num.
 55. Gratian. supr. cap. 121. num. 33. & cap.
 725. num. 29. Posti. de manutent. observat. 69.
 num. 22. & observat. 97. à num. 1. nam, ut in-
 strumentum probet, necesse est, ut vel ipsum, vel
 tenor ejus de verbo ad verbum in processu relin-
 quatur, quæ realis productio nuncupatur: Pareja
 num. 2. Oliver Beltram. in Addit. ad Alexand.
 Ludovif. decis. 59. num. 11. Alioqui verbalis est
 productio, quæ ad probationem nihil prodest,
 Pareja num. 5. 6. Unde sententia lata ea instru-
 mento Judici, ut tali, noto, de quo in actis non
 apparet, ut diximus, erit omnino nulla: Parej.
 num. 7. Bart. supr. d. num. 3. ibi: Quia per hoc
 solum quod exhiberetur coram Judice non fieret pro-
 batio. Ex his difficile defendi potest D. Covarr.
 contraria resolutio.

Verf. Septimo sunt, qui in hac difficili.

37 Judex lege charitatis sola obligatur ad liberan-
 dum convictum de crimine, quem ipse infontem
 privatim scit: Sanch. d. dub. 16. num. 13. ubi
 alii, etsi contrarium aliis placeat: videatur
 38 Diana d. resolut. 22. Unde tenebitur ea adhibe-
 re media, quæ sibi valde nociva non sint; non
 tamen cedere Magistratui, neque bonorum jactu-
 ram pati, quia lex charitatis cum tanto detri-
 mento non obligat, Sanch. numer. 14. Lugo d. disp.
 37. num. 41. 49. Nec cum quis patitur ex malicia
 alterius, compellitur aliquis cum magno incom-
 modo illi subvenire, Sanch. ibidem, Gutier. d.
 quest. 29. num. 12. verf. Hoc tamen remedium,
 Cordub. d. libr. 1. quest. 37. verf. Secundo
 corollariè sequitur, Jul. Clar. in prax. crim. §. fin.
 quest. 66. Sot. d. lib. 5. quest. 4. art. 2. Illud vero
 39 medium remittendi causam ad Superiorem indeci-
 sam, & apud ipsum de innocentia damnandi depo-
 nere, tunc necessariò debet adhiberi, quando vero-
 similis subit spes, ut per hoc innocens absolvatur,
 non aliàs; Sanch. numero 13. apud quem Cordub.
 verf. Ex hac opinione, sequuntur Sylvest. Alenf. Ta-
 biena, Caiet. Viguer. & alii, quos refert Panormi-
 tan. in cap. pastoralis, de offic. & potest. judic. delegat.
 Angles in florib. Theolog. quest. de restitut. in just. in
 judicio Commissæ in conclus. que incipit: Judex dam-
 nans, pag. 243.
 Similiter, si Judex crediderit, innocenti pro-
 futurum, debet pronunciare, sibi causa non
 40 liquere, non mentiendò; nam pro vita proximi
 mentiri non licet, cap. ne quis, cum sequent. 22. quest.
 2. Sed utendo abstractione, ut docet Glos. in d.
 capit. ne quis. Et quidem verum est, de causa, ut
 oportet, judici non liquere, cum ex falsitate pro-
 bationum innocens reus convincatur.

Ad Num. 10.

Exequutor non potest exequi sententiam noto-
 41 riè injustam, aut errorem intolerabilem continen-
 tem, Sanch. d. cap. 1. dub. 18. num. 1. Cordub.
 suprâ, verf. Tertio corollario. D. Thom. 2. 2. quest.
 64. art. 6. ad 3. Gutier. num. 15. Menoch. de ar-
 bitrar. lib. 1. quest. 38. num. 21. Azeved. in l. 15.
 num. 6. tit. 1. lib. 4. Recopilat. Gratian. Falcon. reg.
 422. num. 8. Navarr. in cap. cum contingat, remed.
 1. num. 7. de rescript. Salzed. ad Bernard. Diaz in

prax. cap. 154. num. 12. verf. Verum. Alioqui 42
 quamvis sententia iniqua sit, ipsique executori
 constet, eam exequi tenetur, Navarr. ubi proximè
 Afflic. decis. 220. Cevall. tom. 3. de cognit. per
 viam viol. glos. 6. num. 237. Gutier. supr. Maranta
 de ordin. judicior. par. 4. disp. 1. à num. 4. Gigas
 de crimin. læsæ Majest. tit. qualiter in crimin. læsæ
 Majest. proced. quest. 16. num. 13. Belluga in spe-
 cul. Princip. rubr. 11. §. tractandum num. 4. Jacob.
 de Grassis in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 10.
 num. 23. Panormit. in d. cap. Pastoralis, §. quia
 verò, num. 2. de offic. judic. deleg. Sed si commodè
 potest, se abstinere debet, Gutier. ibidem, Sanch.
 num. 4. & 5. qui alios refert asserens, idem esse, cum
 sententia est juxta acta iniqua non notoriè, ac si
 justa foret secundum allegata, & probata, con-
 tra eum tamen lata, qui innocens est, quod
 ipsi exequutori patet, nam utroque casu tu-
 tè exequitur, si commodè se excusare non va-
 leat.

Verf. Sed & si Judex ordinarius.

Judex etiam ab eo, qui tulit sententiam, ut eam 43
 executioni mandet, requisitus, tanquam exe-
 quutor, non obstante injustitia non notoria, parère
 debet, cum scilicet requisitus de causa illa propter
 incapacitatem cognoscere non potest: veluti Ec-
 clesiasticus auxilium brachii secularis implore in
 causis merè Ecclesiasticis, nam laicus judex ad illud
 impertendum compellitur, nec opus est, ut sibi de
 justitia sententiæ constet: Gail. observation. lib. 1.
 observat. 115. num. 4. Francisc. Molin. de brachio
 secular. cap. 11. num. 25. Paz tom. 2. in preliud. 2.
 num. 7. verf. Quando Judex Ecclesiasticus, Cancer,
 variar. part. 2. cap. 15. num. 12. Carleval. omnino
 videndus pluribus laudatis, de judic. tom. 1. disp. 2.
 num. 772. Imò etsi sciat injuste judicatum, obtem-
 perare constringitur; ut præter laudatos nuper,
 Parlador. rer. quotidianar. lib. 2. cap. fin. parte 2. §. 2.
 num. 7. Guid. Pap. decis. 574. Navarr. in d. cap. cum
 contingat, de rescriptis, Petr. Barbof. in l. Prætor. 75.
 num. 16. ff. de judic. nisi se possit excusare, d. §. quia
 verò, Sanch. & Gut. ubi proximè.

Quod si Ecclesiasticus in causis mixti fori contra
 laicos illud auxilium postulaverit, cum Judex de
 illis cognoscere possit, nisi de justitia sententiæ
 sibi constet, exequi non tenebitur; atque ita ab
 iniqui decreti executione se abstinere, Azeved.
 supr. à numero 9. Cancer. par. 3. capit. 19. num. 3. cum
 seqq. Bobadill. in politic. lib. 2. cap. 17. num. 175.
 Carleval. cum aliis, n. 775. Idem juris est cum de-
 creti sui, vel sententiæ executionem Judex laicus
 alteri itidem laico Judici literis hortatoriis com-
 mittit, hic enim examinare debet, an justa sit sen-
 tentia ex relatione actorum ad se missa? quam si
 iniquam cognoverit, non exequetur, Carleval
 num. 777. Farinaci. in prax. q. 7. num. 34. 35. Avendañ.
 de exequend. mandat. par. 2. cap. 7. num. 6. Gamma
 decis. 363. à num. 3. Thesaur. decis. 90. num. 7. Et ita
 in Hispania prædicari, testatur Carleval. num. 778.
 qui latissimè hac de re loquitur. At cum Judex re-
 quisitus solum ex privata scientia aliunde quam ex
 actis compertum habet, innocentem fuisse damna-
 tum, aut aliàs secundum veritatem, esse iniquam
 sententiam, eam exequi poterit; Morla in empur. jur.
 d. tit. 2. quest. 1. num. 37. nisi commodè se ex-
 cusare valeat; ut ex Sanch. & Gutier. nuper diceba-
 mus posse tamen dici, non teneri ad se excusan-
 dum nisi per hoc innocens veniat liberandus, nam
 eadem est ratio de judicante, ac de exequente, Lugo
 tom. 2. d. disp. 37. num. 48.

AD

AD CAPUT II.

An & dolo & cavillationibus in judicio
 uti liceat.

SUMMARIUM.

- 1 Advocatis licet uti in judicio cavillationibus contra
 cavillantes, vel notoriè contra justitiam litigantes.
- 2 Pro tuenda vita propria, vel proximi, non est licitum
 mentiri.
- 3 Mentiri in judicio, quale peccatum sit.
- 4 Reus non legitime à judice interrogatus fateri non
 tenetur veritatem.
- 5 Idem est, si sibi non liqueat, num. juridice interrogatur?
- 6 Etiam legitime interrogatus in foro conscientie non
 obligatur ad fatendum crimen à se commissum.
- 7 Mentiri, cum intrinsece malum sit, nunquam lici-
 tum esse potest.
- 8 Mori prius oportet, quam malo consentire.
- 9 Judex quando secundum juris ordinem interrogare
 censetur.
- 10 Reus est certiorandus de indicis, vel probationibus,
 que sunt adversus ipsum, antequam de crimine
 interrogetur.
- 11 Religiosus similiter potest à prelato interrogatus de
 deitico celare veritatem.
- 12 Excipiens fateri non videtur.
- 13 An liceat in judicio contrariis exceptionibus uti?
- 14 Nullam penam patitur, qui in judicio mentitur,
 nisi sit specialiter à jure statuta.
- 15 Fabricans falsa instrumenta, vel eis scienter utens,
 quomodo puniatur.
- 16 Falsum committit, qui interrogatus tacet veritatem,
 ac si mendacium diceret.
- 17 Juridice interrogatus, an acceperit mutuo centum
 que jam secreto solvit, potest, media abstractione,
 negare positionem.
- 18 Occidens hominem in sui defensionem, licitè negat
 in judicio homicidium cum abstractione.
- 19 Promittens ducere Bertam in uxorem, si superven-
 niat justa causa non implendi, quam probare non
 valet, iura conscientia negat promissionem.
- 20 Quoties justè expedit celare veritatem ad tuendum
 honorem, vitam, vel bona, potest quis id in judicio,
 vel extra, per abstractionem interrogantem illu-
 dere etiam cum juramento.
- 21 Debitor in quinquaginta interrogatus in judicio, an
 centum debeat? nequit simpliciter negare positio-
 nem.
- 22 Contrarium verius.
- 23 An teneatur ad litis expensas, & constituatur in
 mora respectu ejus, quod debet?
- 24 Fur semper est in mora.
- 25 Inficiens in judicio totum, cum partem debeat, pec-
 cat contra justitiam, nisi restituendi animum ha-
 beat, quod debet.
- 26 Non est perjurus qui negat absolute positionem, cum
 plus, quam debet, à se petitur.
- 27 Fallit, si respondeat, se nihil debere.
- 28 Vel si rogetur, an debeat centum, aut minorem
 quantitatem, nam si absolute neget, perjurus
 erit.
- 29 De intellectu cap. 1. de arbit. in 6. & 1. diem pro-
 ferre, §. si plures, ff. eod. qui agunt.
- 30 Arbitria adinstar judiciorum inventa.
- 31 Jura, ut lites extinguantur, maxime student.
- 32 Lites finire, publice interest.
- 33 Intelligitur l. si ita stipulatus 120. ff. de verbor.
 obligat.

- 34 Non est vera conditio, nisi que in futurum con-
 fert dispositionem.
- 35 Dict. §. si plures, locum non habet in estimatoribus
 constitutis ad taxandum rei valorem.
- 36 Idem in testibus dicendum est.
- 37 Quod in arbitratoribus etiam verum est.
- 38 Arbitratores ut negotiorum gestores habentur.
- 39 Intra quam quantitatem valeat sententia judicum
 superiorum, licet tria vota conformia non sint.
- 40 L. inter pares, ff. de re judicat explicatur.
- 41 Decisio d. §. si plures, obtinet, etsi qui in majori sum-
 ma condemnant, expriment, se non consentire ei,
 qui in minori damnavit.
- 42 Expressio ejus, quod tacite inest, nihil operatur.
- 43 Qui promissit jurejurando redire ad carce-
 rem, ubi injustam mortem timet, stare pro-
 missis, aut relaxationem juramenti impetrare
 debet.
- 44 Homo licite ob justam causam vitam propriam pe-
 riculo exponit.
- 45 Jurans se facturum rem illicitam, graviter peccat.
- 46 Similiter, & qui sine intentione implendi cum jurâ-
 mento promittit.
- 47 Limitatur conclusio tradita suprâ num. 34.
- 48 Qui doceant contra præfatam conclusionem, non
 teneri, qui juravit, reverti.
- 49 Promittens absque juramento in præmisso casu ad
 carcerem redire, non obligatur.
- 50 Licitum est, ad evitandum tormentorum cruciatum,
 falso sibi crimen imponere capitale, secluso menda-
 cio, vel perjurio.
- 51 Limitatur in Religioso gravi, ex cujus falsa con-
 fessione dedecus in totum ordinem redundaret.
- 52 Convictus de hæresi, quam minimè commisit, potest
 crimen fateri absque perjurio, aut mendacio, ut
 mortem evitet.
- 53 Famam propriam an quis valeat prodigere?
- 54 Mors omnium terribilium ultimum.
- 55 Vita regulariter famâ æstimabilior.
- 56 Differentia inter actiones tendentes ad mortem di-
 rectè, vel indirectè.
- 57 Judex non potest reum condemnare, ut ipse se occi-
 dat.
- 58 Excepta revelatione divina, nemo potest actum in
 mortem propriam directè tendentem exercere.
- 59 Sampson divina revelatione se interemit.
- 60 Ignorantia invincibilis potest à peccato excusare se
 ipsam occidentem.
- 61 Hæresis Circuitorum circa occisionem sui ipsius.
- 62 Intelligitur cap. non est nostrum, 23. quest. 5.
- 63 Cuilibet, cui specialiter prohibitum non est, licet
 cibos ministrare justè damnato, ut fame pereat,
 sed non tenetur.
- 64 Utrum justè damnatus, ut fame pereat, possit res-
 puerere cibos sibi oblatos contra judicis voluntate-
 tem?
- 65 Vitam propriam an liceat abbreviare? remissivè.
- 66 Damnatus etiam injustè non peccat eundo ad lo-
 cum supplicii, scalam ascendendo, & similia fa-
 ciendo.
- 67 Justè damnatus ad mortem, potest data opportunitate
 fugiendi, in vinculis persistere, ut moriatur.
- 68 Secus in damnato injustè, nisi ob aliquem finem ju-
 stum evadere nolit.
- 69 An liceat militi belli se exponere periculo, in quo
 se periturum certè cognoscit? remissivè.
- 70 Justè captus, vel ad mortem damnatus, promittens
 cum juramento, aut sine illo ad carcerem redire,
 tenetur servare promissa.
- 71 Carceratus justè, vel injustè, fugere licitè potest.
- 72 Fallit in Religioso per suum Prelatum justè capto,
 qui fugere nequit, nisi carcer acerbus nimis sit, aut
 timeat

A 4

- timeat pœnam corporalem.
- 73 Servi etiam iusto bello capti licite fugiunt, ut ad suos revertantur.
- 74 Fugiens à carcere non peccat, licet, ex eo custos detrimetur patiatur, quod nec tenetur resarcire, Limitatur ibidem.
- 75 Fugiens à carcere, cuius ostium invenit apertum, non habetur pro confesso.
- 76 Fractor carceris quomodo puniatur.
- 77 Fugiens à carcere non punitur, si illico revertatur, modo non effregerit, Idem est cum notorie detinetur iniuste.
- 78 In foro conscientie regulariter cum fugere licet, licitum est etiam carcerem frangere.
- 79 Damnatu ad mortem, vel aliam pœnam, potest frangens carcerem fugere.
- 80 Innocens iuste damnatus secundum allegata, & probata, occidere non potest iustitie ministros, ut à morte liberetur, licet aliis modis possit se defendere. Et quid si etiam ex adis iniuste damnetur.
- 81 Ob bonum commune vitam amittere quis tenetur.
- 82 Notorie detentus iniuste in vinculis publicis, nec punitur, nec pro confesso habetur, etsi effraclis carceribus fugiat.
- 83 Quando liceat, notorie detentum iniuste in carcere eripere, etiam cum carceris fractione.
- 84 Innocens iuste in carcere detentus propter indicia, quomodo puniatur, si fugerit.
- 85 Iuste damnatus fugiens, tute potest secum portare custodem impediendum fugam, & solum venialiter peccat si ministros iustitie à se excutiat, & interram prosternat, ut evadat.
- 86 Frangens carcerem, & compedes ad fugam, tenetur damnum parietisrupti, & vinculorum resarcire.
- 87 Leges punientes carcerum effractores solum obligant in foro exteriori.
- 88 Leges pœnales in conscientia non obligant.
- 89 Licet quis det operam rei licite, tenetur ad damnum quod directè fecit.
- 90 Cooperari ad fugam carcerato, quibus liceat.
- 91 Nulli permittitur frangere carcerem, ut alter evadat.
- 92 Limitatur in quibusdam personis.
- 93 Pater & filius una eademque persona existimantur.
- 94 Pater in filio magis, quam in se ipso patitur.
- 95 Quoties pater, & filius sunt pro eodem crimine torquendi, incipiendum est à filio.
- 96 Egregium paterna pietatis exemplum refertur.
- 97 Conjugum maxima dilectio.
- 98 Damnatu ut in vinculis sit, fugere non potest etiam sine fractione.
- 99 An liceat damnato, ut in carcere perpetuo sit, vel ad triremes, fugere remissive.
- 100 Utrum possit imponi pœna carceris perpetui? remissive.
- 101 Pœna carceris ad tempus frequenter jure Regio irrogatur.
- 102 In foro interiori licet vim inferre possessori pro re propria, quam dominus, aliter recuperare non potest.
- 103 Interpretatur l. si quis in tantam, cum similibus, C. unde vi.
- 104 Potest quis tuta conscientia rem propriam, aut in specie debitam clanculum capere, etsi agere judicialiter, & obrinere possit.
- 105 Qui nullo alio modo rem propriam estimatione non vult avocare potest ab iniquo possessore, ei iuste vim inferre, etiam cum morte ipsius.
- 106 Debitori per creditorem, ut solvat, vis inferri

nequit, nisi aliqui invasoris in specie detineat iniquè.

107 Index potest, ac debet, uti prudenter simulatione.

108 An ex confessione rei facta spe promissæ impunitatis sequi possit condemnatio? remissive.

109 Recedens ab Ecclesia, in qua erat propter delictum, seductus suasionibus iudicis promittentis impunitatem, num gaudeat immunitate? remissive.

Ad Num. 1.

Quod liceat Advocato, citra mendacium, in iudicio industria quadam, bonoque dolo uti, ad cavillationes adversarii effugiendas, victoriamque in lite iusta reportandam, cum D. Covar. in presenti, affirmant. Sanc. d. lib. 6. cap. 7. dub. 8. Sylvest. in summ. verbo, Advocatus, question. 12. Gutier. pract. lib. 1. quest. 60. num. 4. Parlard. rer. quotidian. lib. 1. cap. 2. num. 16. 17. Rebuf. in l. 1. notabil. 9. C. de sen. que pro eo quod interest, Gratian. Falcon. regul. 3. 12. num. 5. Tiracquel. de utroq. retract. in presat. num. 70. Bobadill. tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 64. in fin. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 21. à num. 4. Armill. verbo, Advocatus, num. 19. Tabiena n. 13.

Ibi: Cum hoc etiam ad mortem evitandam nequaquam licitum sit.

Mentiri pro vita hominis tuenda, nullo modo licet. Pacian. d. cap. 21. num. 3. Guttier. de delict. quest. 9. à numero 15. Barb. in colect. ad d. cap. ne quis, num. 1. 22. quest. 2. Lug. in princ. moral. p. 1. cap. 1. quest. 4. num. 20. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 2. num. 2. Diana par. 3. tract. 5. resol. 4. Alphons. de Castro lib. 10. ad versus hereses, verbo, Mendacium, Sot. de ration. regend. memb. 3. quest. 3. concl. 1. Burg. de Paz. in procem. l. Tauri, num. 271. in princ. Corduba in quest. Theologic. libr. 1. quest. 29. Quod verum est etiam pro vita conservanda ipsius mentientis.

Ibi: Peccat igitur Advocatus.

Sed quale peccatum fiat mentiendo in iudicio? 3 dubium est, sunt qui cum Cajetano sentiunt, semper esse mortale, Fr. Emman. in summ. tom. 1. cap. 2. num. 5. Mexia in tract. de taxapanis, concl. 3. num. 13. Sayr. in clau. Reg. lib. 12. cap. 2. num. 16. 19. Azor. in instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 28. quest. 3. Contrarium ut probabilius docent cum D. Covar. sup. cap. 1. num. 2. Dian. par. 5. tract. 5. resol. 27. Sanch. conf. moral. lib. 6. cap. 3. dub. 33. num. 4. Reginal. t. 2. cap. lib. 24. sect. 4. num. 44. Navarr. in c. inter verba, corollar. 64. num. 735. 736. 11. quest. 3. Medin. in summ. lib. 1. cap. 14. §. 35. & alii apud Sanch. qui materia parvitatem admittentes affirmant, solum peccare venialiter, qui in re levi apud Iudicem mentitur, juramento secluso, Idem est dicendum, cum mendacium intervenit in re gravi ad superandum illum, qui notorie iniustam causam fovet, Imola in cap. 1. num. 3. de mut. petition. Alex. in l. qui totam, col. 1. ff. ad Trebellian. Menoch. caus. 230. num. 69. Aretin. in l. decem, col. fin. vel. Possit tamen dici, ff. de verbor. obligat. Pacian. d. cap. 21. num. 5. qui duo concurrere debere ait, ut Advocatus cavillationibus uti liceat, tum quod iustæ patrocinentur causæ, tum quod adversarius prius ceperit cavillari: quod verum erit, quando jus litigantium dubium fuerit; atsi Pars contraria aperte litiget iniquè, eo ipso dolose agit l. 2. §. circa ff. de dol. except. quare adversus eum arte, ac simulatione agi permittitur, modo mendacium, & perjurium ab sint.

Ad

Ad num. 2.

- 4 Reus non legitime à Iudice interrogatus, fateri non tenetur veritatem, sed licite potest per abstractionem decipere non juridice interrogantem, velut si, cum Titium occiderit, interrogetur an ipsum necaverit, tuta conscientia potest respondere etiam cum juramento, se non occidisse, intelligens intra se, hodie, vel tali genere armorum, quo usus non fuit in occisione, ad quæ referendo præfatam negationem, nequaquam mentitur: qua arte si non utatur, perjurium committet, aut saltem peccabit venialiter, si juramentum non intervenerit; nam mentiri nullo modo licet, etiam ob iniustam mortis pœnam vitantam; ita Sanch. d. lib. 6. cap. 3. num. 29. in fin. Pacian. d. lib. 1. cap. 7. num. 6. Tabiena. in summ. verbo, accusatus, num. 11. Greg. Lop. in l. 4. glos. 3. col. 2. tit. 29. p. 7. Valenc. tom. 3. disp. 5. q. 13. punct. 2. Bernard. Diaz. in prax. crim. c. 118. Sayr. lib. 11. c. 5. num. 6. vers. Reus igitur, Gutier. canonic. quest. lib. 1. cap. 11. num. 41. Cordub. in quest. q. 65. in princip. Navarr. in d. c. inter verba, corollar. 64. num. 725. Pellizz. in manual. Regul. tom. 2. tract. 9. cap. 4. num. 105. Paz. in prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 4. à num. 15. Bonacin. tom. 2. disp. 10. q. 3. punct. 2. n. 1.
- 5 Idem juris est, cum delinquens dubitat, an legitime interrogetur, Lef. de iust. & jur. lib. 2. c. 31. dub. 3. n. 10. Sarmient. lib. 1. seletar. c. 8. n. 19. Reginald. lib. 24. n. 46. Guttier. de delict. q. 10. à n. 7. Pellizz. n. 106. Paz. n. 13. Sanch. cum multis, dub. 31. n. 2. & est communior, ac vera sententia, licet aliis videatur, reum debere pro iudice præsumere, quod legitime interrogat, & detegere veritatem, Bonac. num. 4. Paludan. n. 4. disp. 19. q. 1.
- 6 Imò probabilissimum est, eum, qui delictum patravit, de eo interrogatum, juris ordine servato, eodem modo celare posse veritatem: Ita Navar. lib. 2. de restit. c. 4. num. 42. Pellizz. num. 113. Saic. in addit. ad Bernard. Diaz. in prax. cap. 116. Lef. d. c. 31. n. 13. Rodr. q. regular. tom. 1. quest. 19. art. 4. Sa in summ. de reo, num. 6. Reginald. sup. num. 37. Contrarium tamen receptum est, nempe legitime interrogatum, crimen à se commissum inficiari non posse, Gutier. supra quest. 9. in princip. Diana. par. 2. tract. 5. resol. 91. Paz. num. 9. Bonacina d. punct. 2. n. 1. D. Covar. practica. cap. 18. num. 7. Sayr. lib. 12. cap. 16. num. 1. Bolan. in Curia, par. 3. §. 13. num. 3. Sanch. cum multis, dub. 29. num. 4. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 12. n. 5. Mirand. tom. 2. q. 19. art. 13. concl. 1. Greg. Lop. in l. 4. glos. 3. tit. 29. p. 7. Fallit in convicto qui fateri tenetur secundum omnes, Diana par. 2. tr. 15. ref. 27.
- 7 Circa præmissa notare oportet. Primum, nulla ratione permillum esse reo mentiri, quoniam mendacium est intrinsecè malum, nunquamque licitum esse potest, cap. super eo 4. de usur. D. Aug. in lib. de mendac. & contra mendac. & in Epist. 8. ad D. Hieronym. D. Basil. reg. 76. ex brevior. Magist. sentent. in 3. disp. 38. D. Thom. 2. 2. q. 110. art. 3. Pat. Suar. de fid. disp. 3. sect. 5. num. 8. Gutier. d. q. 10. num. 4. Bonacin. sup. disp. 10. circa 8. Decad. præc. q. unic. de mendacio, punct. 2. 8. num. 1. Parlard. differet. 87. num. 6. Paz. num. 16. 17. Quare potius mori, quam malo consentire, oportet; cap. Sacris 5. de iis, que vi, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 4. n. 32.
- 9 Secundum, Iudicem tunc interrogare reum iuxta juris ordinem, cum jurisdictionem in vincum habet non impeditam, ac præterea præcedit infamia seu diffamatio, aut semiplena probatio, Sanch. d. dub. 29. num. 9. Paz. num. 12. Gut. d. q. 9. num. 4. Pellizz. num. 105. Bolan. n. 4. Navarr. in manual. cap. 25. n. 36.

Te tium, regulariter reum esse certiorandum de 10 indicis, aut probatione, quæ adversus eum urgent, ut teneatur respondere, aperireque veritatem; alioqui cum dubius sit, secundum magis receptam opinionem, inficiari sine crimine potest, Paz. num. 13. Gutier. q. 11. n. 7. cum seqq. Sanch. cum aliis, dub. 32. num. 2. Bolan. num. 4. Et est communis. Sed hoc limitatur in causa hæresis, prodicionis in republicam, & in crimine læsæ Majestatis, Peguera in prax. crimin. §. 5. num. 13. Diana. p. 4. tract. 8. resol. 130. Sanch. dub. 31. num. 4. Navarr. in d. cap. inter verba, corollar. 52. num. 600. In quibus opus non est, reo, quæ ipsum onerant, notificare; idemque in praxi observari, saltem cum non petitur à delinquente, in cæteris causis, testatur Gutier. qu. 9. num. 23. & canonicar. quest. cap. 11. n. 43. cum seqq.

Quartum, omnia supradicta procedere etiam in reo Regulari à Præbato interrogato, tradunt Pellizzar. sup. à num. 105. Diana d. resol. 91. Rodriq. supr. num. 4.

Ibi: Eodem jure erit considerandum.

Excipiens fateri non videtur, Cyriac. controvers. tom. 1. controv. 35. n. 9. & controvers. 157. & t. 2. controvers. 345. num. 7. Cevall. comm. tom. 1. q. 362. in princ. Pacian. d. lib. 1. cap. 22. per totum, Cacherran. Pedemont. decis. 178. num. 9. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 12. num. 16. Alex. Trentacinq. variar. resol. lib. 2. tit. de excep. resol. 2. num. 1. Aug. Barbof. in axiom. jur. axiom. 85. num. 9. Cancr. variar. p. 1. c. 18. ex num. 9. Petr. Gregor. syntagm. jur. lib. 21. cap. 17. num. 3. Franc. Milanen. Siciliae decis. 3. num. 46. lib. 2. Cardof. in prax. Judic. & Advocat. verbo. Exceptio, n. 26. Surd. decis. 24. num. 5. Tusch. pract. concl. tom. 3. lit. E. concl. 427. Gratian. Marchie decis. 19. num. 19. Bellon. Genues. decis. 38. num. 8. & decis. 91. num. 1.

Verf. Probavimus tandem.

Quoad forum animæ, licet quis se contrariis exceptionibus tueri poterit, modo mendacium abstric, quod mediante abstractione facillimè contingit, sed in foro externo, indistinctè contrariis defensionibus uti, nemo prohibetur, Ant. Gabr. commun. concl. tit. de action. & oblig. concl. 1. num. 9. Menoch. conf. 230. num. 63. Felin. in cap. Pastoralis, num. 5. de except. Gloss. in cap. nullus pluribus 20. de reg. jur. in 6. Nec ratione mendacii repellatur, quoniam pro 14 sui defensione toleratur, ut quis mentiatu in iudicio, Bald. in aurb. contra qui propriam, num. 12. verf. Modo sequitur, col. 2. C. de non num. pecun. Pacian. cap. 19. num. 101. Nec deteriorem suam conditionem facit: Bald. in l. 1. num. 15. verf. Circa secundum, col. 5. C. de furt. Salycet. ibi, num. 6. verf. Quæro decimo, col. 2. Castrenf. num. 2. verf. Nota ex primo dicto, col. 2. Aretin. in §. idem juris, num. 25. verf. Capiò quartum principale questum, col. 15. Inst. de actionibus, Pacian. n. 103. Nec pœnam meretur, nisi ubi lex specialiter in mentientem statuit: Pacian. d. num. 101. Garc. Giron. de privileg. num. 1012. Menochi. de arbitrar. lib. 2. cent. 3. cas. 276. num. 8. Gozadin. conf. 46. num. 3. Unde cum jure cautum non reperiatu, ut non audiatu, qui contrariis nititur exceptionibus propter mendacium, dicendum videtur, posse quis illis uti. Sic qui prius negavit se hominem interfecisse, poterit convictus probare in sui defensionem homicidium admisisse, quamvis utrumque verum esse, impossibile sit, Paz. d. par. 5. cap. 3. §. 6. num. 80. Pacian. num. 88. verf. Contra